PETRI BORELLI, MEDICI REGII CASTRENSIS, HISTORIARUM, ET OBSERVATIONUM RARIORUM Medicophyſicarum, Centuria.

De planta Aloe, caulem molis ingentis cum ſtrepitu emittente.

OBSERVATIO I.

MIRANDUM profectò valdè, qvod miraculum miraculorum Naturæ ab omnibus authoribus Botanicis derelictum, & ſilentio obrutum fuerit. Aloë planta omnibus nota, in regionibus calidis freqvens, cum ſine caule remaneat per longum tempus (qvod ad centum annos qvidam protrahunt) tandem erumpit cum fragore, & ſtrepitu, impetuqve facto tota in truncum convertitur,